2308.

praemissorum omnium perpetuorum in fine...
solennium. Salva nihilominus Intentia Lu
blini feria Sexta post Dominicam Cantate
proxima in Anno Domini Millesimo Sexcen
tesimo Sexagesimo Quarto inter se Confecta
et Conscripta sibi Recognoscentibus pleno in
robore reservata et praecustodita his suis prae
sentibus personalibus Recognitionibus ad
praemissa omnia Mediantibus

Sequitur Inscriptio
Donaria per Genero-
sum Nicolaum de Plaza
owice Fredro Gene-
rosae Aquilinae de Za
wron Consorti suae facta
Fredro Consorti

99

Fredro Consorti suæ cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Præmyslien[sibus] Gnosus Nicolaus de Pleszowice Fredro, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et Competen[tibus] recedendo. Præsenti v[er]o Castrensi Capitan[eali] Præmysliensi, quoad actum hunc attinet, secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq[ue] subijciendo, palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo, et Gnosorum, Stanislai Caroli, Ludovicæ et Franciscæ Fredrow Liberorum suorum cum Gnosa olim Anna de Iunoszyn, primarum olim Gnosi Andreæ de Bobrek Ligęza secundarum Gnosi olim Francisci Pasłowski, insuper tertiarum Nuptiarum sui Recognoscentis Consorte Legitima procreator, pro quorum rati habitione cavet, de se præsen[tibus] inscribit nomine, de omni et integro Iure suo inpræsentiarum, nempe de summa Mille Quingentorum florenorum polon[icalium] Originaliter per Gnosum Andream Constantinum de Bobrek Ligęza, Perillustri et Admodum Reverendo Stanislao Alexandro Dadomski Canonico Præmyslien[si] Novæ Civitatis Rybel Præposito Actis terrestribus Præmyslien[sibus] inscripta et super certis sortibus Villæ Wraclawowka, in Terra præsenti Præmyslien[si] et Districtu Premorsien[si] iacen[tis] et consisten[tis] modo obligatorio in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo ad solicendum assecurata, per eundemq[ue] vero Perillustrem et Admodum Reverendum Dadomski Canonicum Præmyslien[sem] sibi Recognoscenti, et suprascripti liberis suis Actis Officij præsen[tis] in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto condescensa necnon de eadem ipsa Inscriptione obligatoria Terr[estri] Præmyslien[si], tum quoq[ue] et de Causa atq[ue] Actione Iudiciaria per eundem Perillustrem et Admodum Reverendum Canonicum Præmyslien[sem] memoratæ Gnosæ Annæ de Iunoszyn, tertij Nuptus Consorti suæ Legitimæ, et successoribus olim Gnosi Andreæ de Bobrek Ligęza, Ad Officium et Iudicium præsens Castren[se] Capitan[eale] Præmyslien[se] ad Inscriptionem ~~factam~~ obligatoriam instituta et intentata, in quovis puncto et gradu Iuris degenden[da], ipsaq[ue] penitus

pœna Baniciomis eas in Causa attenta, et in processu Causæ exig.
generaliter universis, Tum bonis memoratis in Inscriptione Origi-
nali Obligatoria expressis, cum parata bonorum eorundem, Intromis-
sione, Iuxtione, evictione, pacificaq́ intuensq́ per se Recognoscen
sione, Iuxtione, ... continuata possessione, Cum omni præmissorum Iure Dominio, pro-
prietate, competentiaq́ et prærogativa quavis, omnibusq́ et singu-
lis Iuris prædictæ Cessi Inscriptionis prelibatæ originalis Obligatoriæ
et subsequentis Cessionandæ atq́ processus Iudiciarij Causæ in rebus
Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, Ligamentis ac re-
... generaliter universis, Summa et bonorum summa eadem ac
... ... operatorum, utilitatibus, fructibus, proventibus, red-
ditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsq́ et
pertinentijs generaliter universis, nihil ex præmissis Iuris Dominij,
proprietatis, ac Cuiusvis Competentiæ et prærogativæ, prorsus Reco-
gnoscente suisq́ successoribus, aut quopiam alio reservando, seu
excipiendo, verum prout præmissa omnia et singula ipsemet
Legitime tenuit, habuit, et possidebat, ipsamq́ concernebant, ac
eidem legitime serviebant, Iam exnunc et de facto Spectabili
Aquilinæ de Gavron Consorti suæ legitimæ, eiusq́ posteris, Capace
... ab ipso ex præmissis omnibus plenaria et sufficienti satis fa-
ctione Cessit et condescendit, prout Cedit et condescendit præ-
sens. Omneq́ et integrum Ius suum sibi ad præmissa serviens
in personam eiusdem Spectabilis Aquilinæ Consortis suæ legitimæ Cessi-
onariæ suæ eiusq́ posterorum totaliter et plenarie transtulit, trans-
fudit et Incorporavit, prout transfert, transfundit et incorpo-
rat præsentibus. In quod quidem Ius præsens Cessum Sum-
mam ac bona summa eadem onerata, præmissaq́ omnia præ-
sens per se Recognoscens transfusa, is idem Recognoscens Spectabilis
Nicolaus Iredro præfatæ Spectabili Aquilinæ Consorti suæ legitimæ
Cessionariæ suæ, eiusq́ posteris, iam exnunc et de facto coram

Officio

Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos alios quacunque voluerint officiose acceptandi. Per ipsum Dominam Aquilinam Consortem suam legitimam Cessionariam suam et ipsius posteros, hoc idem Jus praesens Cessum Summam ac bona Summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus transfusa, cum universis eorum utilitatibus, et usufructibus, competentiisque et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice usufruendi, ac ad suos suorumque Successorum, quorsvis bene placitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, praefati Juris Originalis ea omnia latius in se complectentis praesentibusque cessi et transfusi vigore. Debebit et tenebitur memoratus Recognoscens, prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis praefatae Cessionariae Consortique suae inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Successores, in dicto Jure Cesso, summa ac bonis summa eadem oneratis, praemissisque omnibus praesentibus transfusis, et ratione eorundem omnium praesentibus abcessionem, ab omni et quavis impetitione Juridica, quarumcunque personarum, cuiuscunque conditionis, status et sexus cuiusvis existentium, ex re persona et occasione sui Recognoscentis ac suorum Successorum, Jurisque praedicti Cessi tantummodo et non ultra exoriunda, in omni Judicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tenere defendere, evincere, intercedere et eliberare indemnemque cum posteris reddere, necnon hoc idem Jus praesens Cessum, summam ac bona, summa eadem onerata praemissaque omnia, praesentibus transfusa, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia praesentibus condescensa, cuiuis personae modo quocunque, eidem ex re persona et occasione sui Reco-

gnoscen-

gnoscen[tis] suorumq[ue] Successorum, tantummodo et non ultra factt. et facien[dis], Tum etiam à quibusvis Citationibus super eadem p[rae]missa omnia per p[rae]sen[tem] Cessionem portatt. et importan[dis], Lucris deniq[ue] et Perlucris, Processibusq[ue] Iuris quibusvis et in quocunq[ue] puncto et gradu Iuris dependen[tibus] et in quovis Iudicio et Officio Regni obten[tis] et obtinen[dis] ac sup[er] p[rae]missis omnibus p[rae]sen[tibus] transfusis, inclem ex re persona et occasione sui Recognoscentis, suorumq[ue] successorum tantum=modo et non ultra perductis et perducen[dis] emundare, et=eliberare, mundaq[ue] et libera semper facere, ac etiam Intro=missionem p[rae]fatam coram Officio p[rae]senti admissam circa sum=do bonorum p[rae]fatorum summa eadem oneratorum, dum per Ministerialem competen[tem] et nobiles duos officiose requiretur non denegare, imò debebit et tenebitur, eandem libere dare, et effectualiter admittere, dataq[ue] et admissa eadem, possessionem et usumfructum p[rae]missorum omnium p[rae]sen[tibus] transfusorum quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non p[rae]pedire nec adimere, ipsamq[ue] Cessio=nariam suam eiusq[ue] Successores in p[rae]missis omnibus p[rae]sen[tibus]=prelescen[tibus] nullo modo inquietari, ita ut eadem Cessors et Cessiona-ria sua cum suis posteris hoc idem Ius p[rae]sens Cessum, summa[que] ac bona summa eadem onerata p[rae]missaq[ue] omnia p[rae]sen[ti] Cessa cu[m] universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, competentiaq[ue] et p[er]=rogativa quavis quiete et pacifice p[rae]sentis Inscriptionis Cessio=nariè vigore tenere, habere et possidere queat illisq[ue] ufrui=possit. Idq[ue] sub Vadio summae simili Mille Quingentorum flo=renorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Suorum Successo=ribus eius posteris p[rae]nominatae Generosae Agnetae de Paszon Con=

sorti

sorti suae Legitimae Cessionariae suae sive illius posteris ob non Com-
pletionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam
in toto, toties quoties opus fuerint ad solvendum succumbendo.
Nihilominus idem Recognoscens Gnosus Fredro debebit et tenebitur pro-
ut se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus
Summisque quibusvis pecuniis nunc habitis et in posterum habendis memoratae
Consorti et Cessionariae suae et illius posteris inscribit et obligat prae-
sentibus praefatos Gnosos Stanislaum Carolum Ludovicum et Ioanni-
scam Fredros Liberos suos, et quidem filios postquam ad annos
legitimae et competentis aetatis pervenerint, filias vero postquam in
matrimonium elocatae vel Coenobium ingressae fuerint, cum assensu
mariti eorum vel superiorum illarum, vel in eventu Mortis successores
eorum, ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem Cessionariam
vel similem suo pro interesse faciendam, ad Acta quaevis authenti-
ca Regni perpetua adducere et personaliter statuere, ab eisque vel
ea debite exequantur efficere, Idque sub
conventione poenali ut praemissa debite exequantur efficere, Idque sub
alio simili et seorsivo Vadio Mille Quingentorum florenorum
polonicorum per eundem Recognoscentem, sive eius successores, ob non statu-
itionem suprascriptorum Liberorum suorum vel in eventu mortis
Successorum illorum pro tempore et Loco supra expressis suprascriptae
Consorti et Cessionariae suae ad solvendum succumbendo. Pro quibus
quidem Vadio vel vadiis, modo praemisso ad solvendum succubitis
ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa Complendis,
ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa Complendis,
Status existens memoratus Recognoscens Gnosus Nicolaus de Ple-
srowice Fredro sive illius posteri, Ad Instantiam praedictae Gnosae
Aquilinae de Fredron Consortis Cessionariae suae, sive illius poste-
rorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex hinc
recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, sem-
per in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio, Stare

comparere

2314

Iuri parere respondere vadium vel vadia p[rae]stacta luere, Inscriptioni huic satis facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq[ue] ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat p[er] sen[tiam], Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate p[ro] maiori Minorennitate succorum Legatione, intra vel extra Regnum servitiô militari, ad munimenta, ad Quietrem, vel alijs quibusvis dilationibus et qualibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem Stra proximos Officij p[rae]fati Castren[sis] Capitan[ealis] Praemyslien[sis] Terminos et dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac p[rae]missa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasion[e], suspension[e], fatalijs Iuris p[rae]scriptione Terrestri bello Conventioneq[ue], ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquovis evadendo, Hac sua p[rae]senti personali recognitione ad p[rae]missa omnia mediante.

Sielecka seu Manasterska Marito suo Cedit.

636 Comparens personaliter Nobilis Eva Horodyska, olim Nobilis Iacobi Horodyski filia olim Vero Nobilis Iacobi Sielecki primis Nuptis, secundis Vero ad p[rae]sens Nobilis Zacharij Manasterski Wasilecki Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui Sti Tutoris Coniugali personaliter a[dst]ante et Simul ad infrascripta recognoscenda consensu, Sana mente et Corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et Competen[ti]bus recedendo. P[rae]senti Actô Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc adiret, secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus subiiciendo, plenarie incorporando, atq[ue] subijciendo palam, libere, publice # coram Officio et actis p[rae]sen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] ...